

AD SEXTAM.

Añã. In velaménto.

Capitulum. *Sap. v.*

Ecce quómo do compu-
táti sunt inter filios
Dei, et inter sanctos sors
illórum est.

R. br. Lux perpétua lu-
cébit sanctis tuis Dómine,
* Allelúia, allelúia. Lux
perpétua. *V.* Et æternitas
temporum. Allelúia, alle-
lúia. Glória Patri. Lux.

V. Lætítia sempitérna
super cápita eórum, alle-
lúia. *R.* Gáudium et ex-
sultatiónem obtinébunt,
allelúia.

AD NONAM.

Añã. Fulgébunt justí.

Capitulum. *Rom. viij. e*

Scimus quóniam dili-
géntibus Deum óm-
nia cooperántur in bo-
num, iis, qui secúndum

propósitum vocáti sunt
sancti.

R. br. Lætítia sempitér-
na super cápita eórum,
* Allelúia, allelúia. Lætí-
tia. *V.* Gáudium et exsul-
tatióne obtinébunt. Alle-
lúia, allelúia. Glória Patri.
Lætítia.

V. Pretiósã in conspéctu
Dómini, allelúia. *R.* Mors
sanctórum ejus, allelúia.

IN II. VESPERIS.

Añã ut in Laudibus. [31]
Psalmi ut in ij. Vesperis
de Comuni. [17]

Capitulum et Hymnus ut
in j. Vesperis. [28]

V. Pretiósã in conspéctu
Dómini, allelúia. *R.* Mors
sanctórum ejus, allelúia.

Ad Magnif. Añã. Sancti
et justí * in Dómino gau-
dète, allelúia : vos elégit
Deus in hereditátem sibi,
allelúia.



Commune unius Martyris

EXTRA TEMPUS PASCHALE.

IN I. VESPERIS.

Antiphonae.



UI me conféssus
fúerit * coram
hominibus, con-
fitebor et ego
eum coram Patre meo.

Psalmi ut in j. Vesperis
de Comuni Apostolo-
rum. [1]

2. Qui séquitur me, * non
ámbulat in ténebris, sed
habébit lumen vitæ, dicit
Dóminus.

3. Qui mihi ministrat, *
me sequátur : et ubi ego
sum, illic sit et míster
meus.

4. Si quis mihi ministrá-
verit, * honorificábit eum
Pater meus, qui est in cœ-
lis, dicit Dóminus.

5. Volo Pater, * ut ubi
ego sum, illic sit et mí-
ster meus.

Capitulum. *Jacobi j. b*

BEátus vir, qui suf-
fert tentatióne :
quóniam cum pro-
bátus fúerit, accipiet co-
rónam vitæ, quam repro-
misit Deus diligéntibus se.

Hymnus.

Deus tuórum militum
Sors, et coróna, præ-
mium,

Laudes canéntes Mártyris
Absólve nexu críminis.

Hic nempe mundi gáudia,
Et blanda fraudum pábula

Imbúta felle députans
Pervénit ad cœlestia.

Pœnas cucúrrit fórtiter,
Et sústulit viríliter,

Fundénsque pro te sán-
guinem

Æterna dona pössidet.

Ob hoc precátu súplici

Te póscimus piússime :

In hoc triúmpho Mártyris
Dimítte noxam sérvulis.

Laus et perennis glória Patri sit, atque Filio, Sancto simul Paráclito, In sempiterna sæcula. Amen.

W. Glória et honóre coronásti eum Dómine. **R.** Et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

Ad Magnificat, Aña. Iste sanctus * pro lege Dei sui certávit usque ad mortem, et a verbis impiórum non tímuit: fundátusenimerat supra firmam petram.

Pro Martyre et Pontifice. Oratio.

Infirmítatem nostram respice omnipotens Deus: et quia pondus próprie actiónis gravat, beáti **N.** Mátyris tui atque Pontificis intercessio gloriósa nos próteget. Per Dóminum.

Alia Oratio.

Deus, qui nos beáti **N.** Mátyris tui atque Pontificis ánnua solemnitate lætíficas: concéde propítius, ut cujus natalítia cólimus, de ejúsdem etiámprotectiónegaudeámus. Per Dóminum.

Pro Martyre tantum.

Oratio.

Præsta quæsumus omnípotens Deus: ut qui beáti **N.** Mátyris tui

natalítia cólimus, intercessióne ejus in tui nóminis amóre roborémur. Per Dóminum.

Alia Oratio.

Præsta quæsumus omnípotens Deus: ut intercedente beáto **N.** Mátyre tuo, et a cunctis adversitatibus liberémur in corpore, et a pravis cogitationibus mundémur in mente. Per Dóminum.

AD MATUTINUM.

Invitat. Regem Mátyrum Dóminum, * Veníte adorémus. **Ps.** Veníte. 2.

Hymnus. Deus tuórum militum. **ut supra.** [33]

In I. Nocturno.

Aña. In lege Dómini * fuit voluntas ejus die ac nocte.

Psalmus j.

Beatús vir, qui non ábiit in consílio impiórum, et in via peccatórum non stetit, * et in cáthedra pestilentie non sedit:

Sed in lege Dómini voluntas ejus, * et in lege ejus meditábitur die ac nocte.

Et erit tamquam lignum, quod plantátum est secus decúrsus aquárum, * quod fructum suum dabit in témpore suo:

Et fólium ejus non defluet: * et ómnia quæcúmque fáciat prosperabúntur.

Non sic ímpii, non sic: * sed tamquam pulvis, quem prójicit ventus a fácie terræ.

Ideo non resúrgent ímpii in iudicio: * neque peccatóres in concílio justórum.

Quóniam novit Dóminus viam justórum: * et iter impiórum períbit.

Aña. In lege Dómini fuit voluntas ejus die ac nocte.

Aña. Prædicans * præceptum Dómini constitútus est in monte sancto ejus.

Psalmus ij.

Quare fremuérunt Gentes, * et pópuli meditati sunt inánia?

Astitérunt reges terræ, et príncipes convenérunt in unum * advérsus Dóminum, et advérsus Christum ejus.

Dirumpámus víncula eórum: * et projiciámus a nobis jugum ipsórum.

Qui hábitat in cælis, iridébit eos: * et Dóminus subsannábit eos.

Tunc loquétur ad eos in ira sua, * et in furóre suo conturbábit eos.

Ego autem constitútus sum Rex ab eo super Sion

montem sanctum ejus, * prædicans præceptum ejus.

Dóminus dixit ad me: * Fílius meus es tu, ego hodie génui te.

Póstula a me, et dabo tibi Gentes hereditátem tuam, * et possessiónem tuam términos terræ.

Reges eos in virga férrea, * et tamquam vas figuli confrínges eos.

Et nunc reges intelligite: * erudímmini qui iudicátis terram.

Servíte Dómino in timóre: * et exultáte ei cum tremóre.

Apprehéndite disciplinam nequándo irascátur Dóminus, * et pereátis de via justa.

Cum exárserit in brevi ira ejus, * beáti omnes, qui confidunt in eo.

Aña. Prædicans præceptum Dómini constitútus est in monte sancto ejus.

Aña. Voce mea * ad Dóminum clamávi: et exaudivit me de monte sancto suo.

Psalmus iij.

Domine quid multiplicati sunt qui tribulant me? * multi insúrgunt advérsum me.

Multi dicunt ánimæ

mea : * Non est salus ipsi in Deo ejus.

Tu autem Dómine suscepitor meus es, * glória mea, et exáltans caput meum.

Voce mea ad Dóminum clamávi : * et exaudivit me de monte sancto suo.

Ego dormívi, et soporátus sum : * et exsurrexi, quia Dóminus suscepit me.

Non timébo míllia pópuli circumdántis me : * exsurge Dómine, salvum me fac Deus meus.

Quóniam tu percussisti omnes adversántes mihi sine causa : * dentes peccatórum contrivísti.

Dómini est salus : * et super pópulum tuum benedictio tua.

Añã. Voce mea ad Dóminum clamávi : et exaudivit me de monte sancto suo.

℟. Glória et honóre coronásti eum Dómine. **℞.** Et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

Pater noster. **Absolutio.** Exáudi Dómine. **℟.** Jube domne. **Benedictio.** Benedictione perpétua.

Lectiones sequentes primi Nocturni leguntur in Festo Martyris et Pontif.

In Festo autem Marty-

ris non Pontificis leguntur quæ inferius positæ sunt in Communi plurimorum Martyrum. [68]

De Actibus Apostolorum.

Lectio j. Cap. xx. d



Milêto Paulus mitens Ephésu, vocavit Majores natu

Ecclésiæ. Qui cum venissent ad eum, et simul essent, dixit eis : Vos scitis a prima die, qua ingressus sum in Asiam, qualiter vobiscum per omne tempus fuerim, serviens Dómino cum omni humilitate, et lacrymis, et tentationibus, quæ mihi acciderunt ex insidiis Judæorum : quomodo nihil subtraxerim utilium, quo minus annuntiarem vobis, et docerem vos publice, et per domos, testificans Judæis, atque Gentilibus in Deum poenitentiam, et fidem in Dóminum nostrum Jesum Christum. Et nunc ecce alligatus ego spiritu, vado in Jerúsalem : quæ in ea ventura sint mihi, ignorans : nisi quod Spiritus sanctus per omnes civitates mihi protestatur, dicens : Quoniam vincula, et tribulationes Jerosólymis me manent. Sed nihil horum véreor :

nec facio animam meam pretiosíorem quam me, dummodo consummem cursum meum, et ministerium verbi, quod accépi a Dómino Jesu, testificari Evangelium grátiae Dei.

℞. Iste sanctus pro lege Dei sui certavit usque ad mortem, et a verbis impiórum non tímuit : * Fundatus enim erat supra firmam petram. **℟.** Iste est qui contempsit vitam mundi, et pervénit ad cælestia regna. — Fundatus.

Bened. Unigenitus Dei Filius.

Lectio ij.

ET nunc ecce ego scio quia amplius non videbitis faciem meam vos omnes, per quos transivi prædicans regnum Dei. Quapropter contéstor vos hodierna die, quia mundus sum a sanguine omnium. Non enim subterfugi, quo minus annuntiarem omne consilium Dei vobis. Atténdite vobis, et univérso gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclésiám Dei, quam acquisivit sanguine suo. Ego scio quoniam intrabunt post discessionem meam lupi rapaces in vos, non

parcentes gregi. Et ex vobis ipsis exsurgent viri loquentes perversa, ut abdúcant discipulos post se. Propter quod vigiláte memoria retinéntes : quoniam per triennium nocte et die non cessávi, cum lacrymis monens unumquemque vestrum.

℞. Justus germinabit sicut lílium : * Et florébit in ætérnum ante Dóminum. **℟.** Plantatus in domo Dómini, in átriis domus Dei nostri. — Et florébit.

Bened. Spíritus sancti grátia.

Lectio iij.

ET nunc comméndo vos Deo, et verbo grátiae ipsius, qui potens est edificare, et dare hereditatem in sanctificatis omnibus. Argéntum, et aurum, aut vestem nullius concupívi, sicut ipsi scitis : quoniam ad ea, quæ mihi opus erant, et his, qui mecum sunt, ministraverunt manus istæ. Omnia osténdi vobis, quoniam sic laborántes, oportet suscipere infirmos, ac meminisse verbi Dómini Jesu, quoniam ipse dixit : Beátius est magis dare, quam accipere. Et cum hæc dixis-

set, p[ro]p[ter] g[ra]t[ia]m suis oravit cum omnibus illis. Magnus autem fletus factus est omnium : et procumbentes super collum Pauli, osculabantur eum, dolentes maxime in verbo, quod dixerat, quoniam amplius faciem ejus non essent visuri. Et deducebant eum ad navem.

R. Iste cognovit justitiam, et vidit mirabilia magna, et exoravit Altissimum : * Et inventus est in numero sanctorum.

V. Iste est qui contempsit vitam mundi, et pervenit ad caelestia regna. — Et inventus. Gloria Patri. Et inventus.

In II. Nocturno.

Añ. Filii hominum * scitote quia Dominus sanctum suum mirificavit.

Psalmus iii.

QUM invocarem exaudivit me Deus justitiae meae : * in tribulatione dilatasti mihi.

Miserere mei, * et exaudi orationem meam.

Filii hominum usquequo gravi corde? * ut quid diligitis vanitatem, et quaeritis mendacium?

Et scitote quoniam mirificavit Dominus sanctum

suum : * Dominus exaudiet me cum clamavero ad eum.

Trascimini, et nolite peccare : * quae dicitis in cordibus vestris, in cubilibus vestris compungimini.

Sacrificate sacrificium justitiae, et sperate in Domino. * Multi dicunt :

Quis ostendit nobis bona?

Signatum est super nos lumen vultus tui Domine : * dedisti laetitia[m] in corde meo.

A fructu frumenti, vini, et olei sui * multiplicati sunt.

In pace in idipsum * dormiam, et requiescam ;

Quoniam tu Domine singulariter in spe * constituisti me.

Añ. Filii hominum scitote quia Dominus sanctum suum mirificavit.

Añ. Scuto * bonae voluntatis tuae coronasti eum Domine

Psalmus v.

Verba mea auribus percipe Domine, * intellege clamorem meum.

Intende voci orationis meae. * Rex meus et Deus meus.

Quoniam ad te orabo : * Domine mane exaudies vocem meam.

Mane astabo tibi et vi-

debo : * quoniam non Deus volens iniquitatem tu es.

Neque habitabit juxta te malignus : * neque permanebunt injusti ante oculos tuos.

Odisti omnes, qui operantur iniquitatem : * perdes omnes, qui loquuntur mendacium.

Virum sanguinum et dolosum abominabitur Dominus : * ego autem in multitudine misericordiae tuae.

Introibo in domum tuam : * adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo.

Domine deduc me in justitia tua : * propter inimicos meos dirige in conspectu tuo viam meam.

Quoniam non est in ore eorum veritas : * cor eorum vanum est.

Sepulcrum patens est guttur eorum, linguis suis dolose agebant, * iudica illos Deus.

Decidant a cogitationibus suis, secundum multitudinem impietatum eorum expelle eos, * quoniam irritaverunt te Dne.

Et laetentur omnes, qui sperant in te, * in aeternum exsultabunt : et habitabis in eis.

Et gloriabuntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum, * quoniam tu benedices justo.

Domine, ut scuto bonae voluntatis tuae * coronasti nos.

Añ. Scuto bonae voluntatis tuae coronasti eum Domine.

Añ. In universa terra * gloria et honore coronasti eum.

Psalmus viij.

Domine Dominus noster, * quam admirabile est nomen tuum in universa terra!

Quoniam elevata est magnificentia tua, * super caelos.

Ex ore infantium et lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos, * ut destruas inimicum et ultorem.

Quoniam videbo caelos tuos, opera digitorum tuorum : * lunam et stellas, quae tu fundasti.

Quid est homo, quod memor es ejus? * aut filius hominis, quoniam visitas eum?

Minuisti eum paulo minus ab Angelis, gloria et honore coronasti eum : * et constituisti eum super opera manuum tuarum.

Omnia subiecisti sub pé-
dibus ejus, * oves et boves
univérsas : insuper et pé-
cora campi.

Vólucres cœli, et pisces
maris, * qui perámbulant
sémitas maris.

Dómine Dóminus no-
ster, * quam admirabile
est nomen tuum in uni-
vérsa terra!

Aña. In univérsa terra
glória et honóre coronásti
eum.

V. Posuísti Dómine super
caput ejus. **R.** Coronám
de lápide pretiósio.

Pater noster. **Absolutio.**
Ipsíus píetas. **V.** Jube
domne. **Bened.** Deus Pa-
ter omnipotens.

Sermo sancti Augustíni
Epíscopi.

Lectio ib.

Serm. xlv. de Sanctis.



Triumphális beáti
Mártiris **N.** dies
hódié nobis anni-
versária celebritáte recúr-
rit : cujus glorificatióni
sicut congáudet Ecclésia,
sic ejus propónit sequénda
vestigia. Si enim compáti-
mur, et conglorificábimur.
In cujus gloriósio agóne
duo nobis præcípue consi-
deránda sunt : induráta
vidélicet tortóris sævítia,
et Mártiris invicta pa-

tiéntia. Sævítia tortóris,
ut eam detestémur : pa-
tiéntia Mártiris, ut eam
imitémur. Audi Psalmí-
stam advérsus malítiam
incredántem : Noli æmu-
lári in malignántibus :
quóniam tamquam fœ-
num velóciter aréscent.
Quod autem advérsus ma-
lignántes patiéntia exhi-
bénda sit, audi Apóstolum
suadéntem : Patiéntia vo-
bis necessária est, ut re-
portétis promissiónes.

R. Honéstum fecit illum
Dóminus, et custodívit
eum ab inimícis, et a se-
ductóribus tutávit illum :
* Et dedit illi claritátem
ætérmam. **V.** Descendít-
que cum illo in fóveam :
et in vínculis non derelí-
quit eum. — Et dedit.

Bened. Christus perpé-
tuæ.

Lectio v.

Coronáta itaque est
beáti Mártiris patiéntia,
mancipáta est ætéris
cruciátibus tortóris incor-
récta malítia. Hoc attén-
dens in agóne suo glorió-
sus Christi athléta, non
exhórruit cárcerem. Ad
imitatiónem cápitis sui to-
lerávit probra, sustinuit
irrisiónes, flagélla non tí-
muit : et quot ante mor-

tem pro Christo pértulit
supplicia, tot ei de se ób-
tulit sacrificia. Quod enim
propinánte Apóstolo bíbe-
rat, alte retinébat : Quia
non sunt condígnæ pasi-
siónes hujus témporis ad
futúram glóriam, quæ re-
velábitur in nobis. Et quia
momentáneum hoc et leve
nostræ tribulatiónis, æté-
num glóriæ pondus ope-
rátur in cœlis. Hujus pro-
missiónis amóre a terrénis
suspénsus, et prægustáta
supérnæ suavitátis dulcé-
dine ineffabiliter afféctus,
dicebat cum Psalmísta :
Quid mihi est in cœlo, et
a te quid vólui super ter-
ram? Defécit caro mea, et
cor meum : Deus cordis
mei, et pars mea Deus in
ætérmum.

R. Desidérium ánimæ
ejus tribuísti ei Dómine,
* Et voluntáte labiórum
ejus non fraudásti eum.

V. Quóniam prævenísti
eum in benedictiónibus
dulcedinis : posuísti in cá-
pite ejus coronám de lá-
pide pretiósio. — Et.

Bened. Ignem sui amóris.

Lectio vj.

Contemplabátur enim
quantum in ænigma-
te infirmitas humana óc-
ulum mentis in æternitáte

figere potest, quanta sint
supérnæ civitátis gáudia:
et ea enarráre non suffi-
ciens, admiránde clamá-
bat : Quid mihi est in cœ-
lo? Quasi diceret : Excé-
dit vires meas, excédit fa-
cultátem eloquentiæ meæ,
transcéndit capacitátem
intelligéntiæ meæ illud
decus, illa glória, illa cel-
sitúdo, qua nobis, a con-
turbatióne hóminum re-
mótis, in abscondito faciés
suæ Jesus Christus Dómi-
nus noster reformábit cor-
pus humilitátis nostræ,
configurátum córpori cla-
ritátis suæ. Hujus perfé-
ctæ libertátis contempla-
tióne nullum vitábat perí-
culum, nullum horrébat
supplicium : et si míllies
posset mori, non putábat
se hanc digne posse álqua
ratióne promeréri.

R. Stola jucunditátis in-
duit eum Dóminus : * Et
coronám pulchritúdinis
pósuit super caput ejus.

V. Cibávit illum Dóminus
pane vitæ et intelléctus :
et aqua sapiéntiæ salutá-
ris potávit illum. — Et.
Glória Patri. Et.

In III. Nocturno.

Aña. Justus Dóminus, *
et justítiam diléxit : æquí-
tátem vidit vultus ejus.